

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Pro. P. Sylla. Oratio XXV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Oratio

PRO P. SYLLA. ORATIO. XXV.



Casus tulit

Præcipitate
repub.

Nonne Torquatus

Obstrictus
patriæ.

Præditus
crudelitate

Axime vellem Iudices, vt P. Sylla & antea dignitatis suæ splendore obtinere, & post calamitatē acceptā modestiæ fructū aliquē potuisset percipere. sed qm̄ ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore, tū cōmuni ambitionis inuidiā, tū singulari Antronii odio euerteret: & in his pristinæ fortunæ reliquiis miseris, & afflictis, tū haberet quosdā, quorū animos, ne supplicio quidē suo satiare posset: q̄q̄ ex huius incōmodis magnā animo molestiā capio, tū in ceteris malis facile p̄rior oblatū mihi tēpus, in quo boni viri lenitatē meā, misericordiāq̄ notā oībus quondā, nunc quasi intermissam agnoscerent: im̄probi ac perditū ciues re domiti atq̄ victi, præcipitante rep. vehementē me fuisse atq̄ fortē, cōseruata mitē, ac misericordē faterent. Et qm̄ L. Torquatus meus familiaris, ac necessarius Iudices existimauit, si nostrā in accusatiōe sua necessitatē familiaritatēq̄ violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahēre, cū huius periculi p̄pulsatione coniungā defensionē officii mei, quo quidē genere nō vterer orationis Iudices hoc tēpore, si mea solū interesset, multis em̄ mihi locis & data facultas est, & sepe dabūt de mea laude dicendi. sed vt ille Iudices quantū de mea auctoritate diripuisset, tantū se de huius p̄sidiis diminutum sperauit: sic hoc ego sentio: si mei facti rationē vobis, constantiāq̄ huius officii ac defensionis probauero, causam quoq̄ me P. Syllæ probaturum. Ac primū abs te illud L. Torquate quaero, cur me a ceteris clarissimis viris, ac principibus ciuitatis in hoc officio, atq̄ in defensionis iure secernas: quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensii factū clarissimi viri, atq̄ ornatissimi ciuis nō reprehēdat, reprehēdat meū: nam si inītū est cōsiliū a P. Sylla inflā mandē ciuitatis, huius extinguendi imperii, delendē vrbis, mihi maiorem hęc res dolorem, q̄ Q. Hortensio, mihi maius odiū afferre debet: meum deniq̄ grauius esse iudiciū, qui adiuuandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur: Ita inquit, tu em̄ inuestigasti, tu patefecisti coniurationē, quod cū dicit, non attendit, eum qui patefecerit, hoc curasse, vt id omnes viderent, qd̄ antea fuisset occultum, quare ista coniuratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio, q̄ mihi, quē cum videas honore hoc, auctoritate, virtute, consilio p̄ditum non dubitasse, quin innocentem P. Syllam defenderet, quaero cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit: quaero illud etiā, si me qui defendo, reprehendendū putas esse, quid tandē existimes de his summis viris, & clarissimis ciuibus, quorū studio & dignitate celebrari hoc iudiciū & ornari, causam defendi huius innocētis vides: nō em̄ vna est ratio defensionis ea, quę posita est in oratione, oēs, qui adsunt, qui laborant, qui saluū volunt, pro sua parte atq̄ auctoritate defendūt. An vero in q̄bus subfelliis hęc ornamenta ac lumina reipublice viderē, in his me apparere nollē: quorū ego opera illum in locū, atq̄ in hanc celsissimā sedem dignitatis atq̄ honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascendissem: Atq̄ vt intelligas Torquate quē accuses: si te id offendit, q̄ ego qui hoc genere quęstionis defenderim neminem, non desim P. Syllæ: recordare de ceteris, quos adesse huic vides: intelliges & de hoc, & de ceteris iudiciū meum, & horum par atq̄ vnum fuisse. Quis nostrum adfuit Vargunteo: nemo, ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset, non enim iam se vllō officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cum ille tanto scelere commisso omnī officiorum societate diremisisset, quis nostrum Seruū Syllam: quis Publiū: quis M. Leccā: quis Cornelium defendendū putauit: quis his horū adfuit: nemo, qd̄ ita: quia ceteris in causis etiam nocentes, viri boni, si necessarii sunt, non defendendos esse non putant, in hoc crimine non solum leuitatis est culpa, verum etiam quędam contagio sceleris, si defendas eum quē obstrictum esse patriæ suspicere. Quid Antronio: nōne sodales, non Collegę sui, non veteres amici, quorū ille copia quondam abundarat, non hi oēs, qui sunt in rep. principes defuerūt: immo etiā testimonio pleriq̄ læserunt: statuerāt tārū illud esse maleficiū, q̄ nō modo nō occultari p̄ se, sed etiā aperiri illustrariq̄ deberet. Quāobrē quid est qd̄ mirere, si cum iisdem me in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis abfuisse: nisi vero me vnum vis ferū præter ceteros, me asperū, me inhumanū existimari, me singulari immanitate, & crudelitate p̄ditum. Hanc mihi tu si propter res meas gestas imponis in omni vita mea personam Torquate, vehementer erras, me natura misericordem, patriā seuerum, crudelem nec patriā, nec natura esse voluit, deniq̄ istam

ipsam personam vehementer, & acriter, quam mihi tum tempus, & respublica imposuit, iam voluntas & natura ipsa detraxit. illa enim ad breue tempus seueritate postulauit. hec in omni vita misericordiam lenitatemque desiderat. Quare nihil est quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas. simplex officium, atque una est omnium honorum causa. nihil erit quod admirare posthac, si in ea parte, in qua hos animaduueris, me videbis. nulla est enim in reipublica causa mea propria. tempus agendum fuit magis mihi proprium, quam ceteris: doloris vero, & timoris, & periculi fuit illa causa communis. neque enim princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse alii comites nolissent. quare necesse est quod mihi consuli precipuum fuit preter alios, id iam priuato cum ceteris esse commune. Neque ego hoc partem inuidie, sed communicandam laudis causa loquor, oneris mei partem nemini impertio, glorie bonis omnibus. In Antronium testimonium dixisti inquit, Syllam defendis. Hoc totum eiusmodi est iudicium, ut si ego sim incostans ac leuis, nec testimonio fide tribui conuenerit, nec defensionis auctoritatem. sin est in me ratio reipublice, religio priuati officii, studium retinendam voluntatis bonorum, nihil minus accusator debet dicere, quam a me defendi Syllam, testimonio lesum esse Antronium. videor enim non solum studium ad defendendas causas, verum opinionis aliquid, & auctoritatis afferre. qua & moderate ego utar iudices, & omnino non uterer, si ille me non coegisset.

Due coniurationes abs te Torquate constituunt: una qua Lepido & Volcatio Consi. patre tuo Consi. designato facta esse dicis, altera que me consule. harum in utraque Syllam dicis fuisse, patris tui fortissimi viri, atque optimi consulis, scis me consiliis non interfuisse: scis me, cum mihi summus tecum usus esset, tum illorum expertem temporum, & sermonum fuisse. credo quod nondum penitus in Rep. versabar, quod nondum ad propositum mihi finem honoris perueneram, quod mea ambitio, & forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. Quis ergo intererat vestris consiliis: oes hi, quos vides huic adesse, & in primis Q. Hortensius: qui cum propter honorem, ac dignitatem, atque animam eximium in rempublicam, tum propter summam familiaritatem, summamque amorem in patrem tuum, tum communibus, tum precipuis patris tui periculis commouebatur. Ergo istius coniurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui particeps, & consiliarius vestri fuit, & timoris. cuius in hoc crimine propulsando cum esset copiosissima, atque ornatissima oratio, tum non minus inerat auctoritatis in ea, quam facultatis. Illius igitur coniurationis qua facta contra vos, delata ad vos, a vobis prolata esse dicis, ego testis esse non potui. non modo enim nihil cooperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama peruenit. qui vobiscum in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum constari putabatur, qui Antronio non adfuerunt, qui in illius testimonia grauiora dixerunt, hunc defendunt, huic adsunt, in huius periculo declarant, se non crimine coniurationis, ne adessent ceteris, sed hominum maleficio deterritos esse. Mei consulatus autem tempus & crimen maxime coniurationis a me defendetur. Atque inter nos partitio non est fortuito iudices, nec temere facta: sed cum videremus eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, uterque nostrum id sibi suscipiendum putauit, de quo aliquid scire ipse, atque existimare potuisset. Et quoniam de criminibus superioris coniurationis Hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione que me consule facta est, hoc primum attendite. Multa cum essem consul, de summis reipublice periculis audiuimus, multa quesiuimus, multa cognouimus: nullus unquam de Sylla nuncius ad me, nullum indicium, nullam litteram peruenierunt, nulla suspitio. Multum hec vox fortasse deberet valere eius hominis, qui consul insidias reipublice consilio inuestigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset: cum ipse nihil audisse de P. Sylla, nihil suspicatum esse diceret. sed ego nondum utor hac voce ad hunc defendendum, ad purgandum me potius utor: ut mirari Torquatus desinat, me, qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. Quae enim Antronii fuit causa: que Syllae est? ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primum constato, voluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu: deinde id quod vidimus oes, lapidatione, atque concursu. Sylla si sibi suus pudor ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisitum. Ille damnatus ita se gerebat non solum consiliis, & sermonibus, verum etiam aspectu, atque vultu, ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriae videretur. hic se ita fractum illa calamitate, atque afflictum putauit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraret, nisi quod modestia retinuisset. Hac vero in coniuratione, quid tam coniunctum quam ille cum Catilina: cum Lentulo: que tanta societas vllis inter se rerum oprimarum, quanta ei cum illis sceleris, libidinis, audaciae: quod flagitium Lentulus non cum Antronio concepit: quod sine eodem illo Catilina facinus admisit: cum interim Sylla cum eisdem ipsis non modo nocte solitudinemque non quereret, sed ne mediocri quidem sermone, & congressu coniungeretur. Illi Allobroges maximam rerum veris

Constari
periculum

Abfuerim
Antronio.
Lapidatio.

Oratio

Infirmulare. simi indices: illū multorū literę, ac nunciū coarguerūt. Syllam interea nemo infirmulauit, ne-
mo nominauit, postremo eiecto, siue emisso iā ex vrbe Catilina, ille arma misit, cornua, tubas,
falces, signa, legiones, ille relictus intus, expectatus foris, Lētuli pœna cōpressus, cōuertit se, ali-
quando ad timorē, nunq̄ ad sanitatē. hic cōtra ita quieuit, vt eo tēpore omni Neapoli fuerit,
vbi neq̄ hoīes fuisse putant huius affines suspicionis, & locus est ipse nō tā ad inflāmandos
calamitosorū aīos, q̄ ad consolādos accōmodatus. propter hanc igit̄ tantā dissimilitudinē
hominū, atq̄ causerū, dissimilē me in vtroq̄ prębui. veniebat em̄ ad me, & sepe veniebat An-
Cōdiscipulus. tronius multis cū lachrymis supplex, vt se defenderē: & se meū cōdiscipulū in pueritia, fami-
liarem in adolescētia, collegā in Quęstura cōmemorabat fuisse: multa mea in se, nōnulla etiā
sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus Iudices, ita flectebar aīo, atq̄ frāgebar, vt etiā
ex memoria, quas mihi ipsi fecerat insidias deponerem: vt iam immissum esse ab eo C. Corne-
lium, qui me in sedibus meis, in cōspectu vxoris meę ac liberorū meorū trucidaret, obliuiscer-
er. quę si de vno me cogitasset, qua mollitiā sum animi, ac lenitate, nunq̄ mehercule illius
lachrymis ac precibus restitisset. sed cū mihi patrię, cum vestrōrū periculorum, cum huius
vrbis, cum illorū delubrorum, atq̄ templorū, cum puerorū infantium, cum matronarum, ac
Veniebat in mentem virginū. virginū veniebat in mentē: & cum illę infestę, ac funestę faces, vniuersumq̄ totius vrbis incen-
dium, cum tela, cum cędes, cum ciuiū cruor, cum cinis patrię versari ante oculos, atq̄ animū
memoria refricare cęperat: tum deniq̄ ei resistebam, neq̄ solū illi hosti, ac parricidę, sed his
etiā propinquis illius, Marcellis patri, & filio, quorū alter apud me parētis grauitatē, alter fi-
lii suauitatē obtinebat: neq̄ me arbitrabar sine summo scelere posse qđ maleficiū in aliis vin-
dicassem, idē in illorū socio, cū scirem, defendere. Atq̄ idē ego neq̄ P. Syllam supplicem ferre,
neq̄ eodē Marcellos, neq̄ huius M. Messalę hoīs necessarii p̄ces sustinere potui, neq̄ n. est cau-
sa aduersata naturę: nec hō, nec res misericordię meę repugnauit. nusq̄ nomen, nusq̄ vestigiū
fuerat: nullū crimē, nullū indicium, suscepi causam Torquate, suscepi, & feci libeter, vt me quē
boni cōstantē semp, vt spero, existimassent, eūdē ne improbi quidē crudelem dicerent. Hic ait
se ille Iudices regnū meum ferre non posse, qđ tandē Torquate regnū: consulatus credo mei,
in quo ego imperaui nihil, sed contra Patribus conscriptis, & bonis oibus parui. quo in ma-
gistratu non institutū est a me Iud. regnum, sed non permissum. An tum in tanto imperio, tā-
ta potestate non dicis fuisse regē: nūc priuatū regnare dicis! quo tandē noīe: qđ in quos testi-
monia dixisti, inqt, dānati sunt: quē defendis, sperat se absolutū iri. Hic tibi ego de testimoniis
meis hoc respondeo, si falsum dixerim, te in eos dixisse, sin verū, nō esse hoc regnare, cū verū
iuratos dicas pbare. De huius spe tātū dico, nullas a me opes P. Syllā, nullā potentiā, nihil de-
niq̄ p̄ter fidē defensionis expectare. Nisi tu inqt causam recepisses, nūq̄ mihi restitisset, sed in-
dicta causa profugisset, si iā hoc tibi concedā, Q. Hortensiu tanta grauitate hoīem, si hos ta-
les viros nō suo stare iudicio, sed meo: si hoc tibi dē, qđ credi nō potest, nisi ego huic adessem
hos adfuturos nō fuisse: vter tandē rex est! is ne, cui innocētes hoīes nō resistūt: an is, qđ cala-
mitosos nō deserit! At hic etiā, id qđ tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti, cū Tarquí-
niū, & Numā, & me tertiū peregrinū regē esse dixisti. mitto iā de rege quęrere, illud qđro, pere-
grinū cur me esse dixeris: nā si ita sum, non tā est admirandū regē esse me, quia vt tu vis, etiā
peregrini reges Romę fuerūt, qđ cōsulē Romę fuisse peregrinū. Hoc dico inquit, te esse ex mu-
nicipio, fateor, & addo etiā ex eo municipio, vnde iterū iā salū huic vrbi imperioq̄ missa est.
sed scire ex te peruelim, quāobrē qui ex municipiis veniāt, peregrini tibi esse videant. nemo
em̄ istuc M. illi Catoni senī, cū plurimos haberet inimicos, nemo T. Coruncano, nemo Curio-
ni, nemo huic ipsi nostro C. Mario, cū ei multi inuiderent, obiecit vnq̄. Equidē vehemēter læ-
tor, eū esse me, in quē tu, cum cuperes, nullā contumeliā iacere potueris, quę nō ad maximam
partē ciuiū cōueniret, sed tñ te a me pro magnis causis nostrę necessitudinis, monendum esse
Nō possūt oēs esse patricii. etiā atq̄ etiā puto, nō possunt oēs esse patricii: si verū quęris, ne curāt quidem, nec se equales
tui propter istā causam abs te anteiri putant. At si tibi nos peregrini videmur, quorū iam &
nomen & honos inueterauit & huic vrbi, & hoīm famę ac sermonibus: qđ tibi illos cōpetito-
Inueterauit huic vrbi. res tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecū de honore, & de o-
mni dignitate contēdūt: quorū caue tu quęq̄ peregrinū appelles, ne peregrinorum suffragiis
obruare, qui si attulerit neruos, & industriā, mihi crede, excutiēt tibi istā verborū iactationē,
& te ex somno sepe excitabunt: nec patientur se abs te nisi virtute vincētur, honore superari.
At si Iudices ceteris patriciis me & vos peregrinos videri oporteret, a Torquato tamen hoc

vitium fileretur. est enim ipse a materno genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis: sed tamen Asculani. Aut igitur doceat Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum non antepone. Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne grauius refutere: neque regem, ne deridere, nisi forte regium tibi videtur, ita viuere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli seruias: continere omnes libidines: non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere: in senatu sentire libere: populi utilitati magis consulere, quam voluntati: nemini cedere, multis obsistere. si hoc putas esse regium, me regem confiteor esse. Sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogas, aut superbum mouet, quoniam tu id potius proferas, quam verbi inuidiam contumeliamque maledicti: Ego tantis a me beneficiis in Rep. positus, si nullum aliud mihi omnium a senatu Populoque Romano nisi honestum otium postulare, quis non concederet: sibi haberet honores, sibi impia, sibi prouincias, sibi triumphos, sibi alia per clara laudis insignia: mihi liceret eius urbis, quam conseruassem, conspectu, tranquillo animo, & quiescere frui: Quid si hoc non postulo? si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si opera, si vigilię deseruiunt amicis, preesto sunt omnibus: si neque amici in foro requirunt studium meum, neque Respublica in curia: si me non modo non rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque aetatis excusatio vindicat a labore: si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patet omnibus: si mihi ne ad ea quae pro salute omnium gessi, recordanda, & cogitanda quicquam relinquat temporis: tamen hoc regnum appellabit: cuius vicarius quae uelit esse, inueniri nemo potest, longe abest regni suspitio. Si quis, qui sint Romae regnum occupare conati, ut ne replicas annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Res enim gestae credo meae, me nimis extulerunt: ac mihi nescio quos spiritus attulerunt: Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus Iudices, hoc possum dicere: me quae summis eripuere periculis urbem hanc, & vitam omnium ciuium, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redudabit. Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim, memini: & in qua urbe, intelligo. plenum forum est eorum hominum, quos ego a uestris ceruicibus depulsi Iudices, a meis non remouit. nisi uero paucos fuisse arbitramini, qui conari, aut sperare possent se tantum imperium posse delere. Horum ego faces eripere de manibus & gladios extorquere potui, sicut feci: voluntates uero consceleratas, ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius quanto periculo uiuam in tanta multitudine improborum, cum mihi ueni cum omnibus improbis aeternum uideam bellum esse susceptum. Quod si illis meis perfidiis forte inuides: & si ea tibi regia uidentur, quae omnes boni omnium generum atque ordinum suam salutem cum mea coniungunt: consolare te, quod omnium mentes improborum mihi ueni maxime sunt infensa, & aduersa. Qui me non solum idcirco oderunt, quod eorum conatus improbos & furor consceleratum repressi: sed eo etiam magis, quod nihil iam se simile me uiuo conari posse arbitrantur. At uero quod ego miror, si quod ab improbis de me improbe dicitur: cum L. Torquatus primum ipse his fundamentis adulescentie iactis, ea se proposita amplissimae dignitatis, deinde L. Torquati fortissimi Consulis, constantissimi Senatoris, semper optimi ciuis filius, interdum effectatur immoderatione uerborum: qui cum suppressa uoce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantummodo ut uos qui ea probatis, exaudire possitis: de supplicio P. Lentuli, de carcere, magna, & queribunda uoce dicebat. in quo primum illud erat absurdum, quod cum ea quae leuiter dixerat, uobis probare uolebat: eos autem qui circum iudicium stabant, audire uolebat: non intelligebat ea quae clare diceret, ita illos audiueros, quibus se uenditabat, ut uos quoque audiretis, qui id non probatis. Deinde alterum iam oratoris uitiu, non uidere quid quaeque causa postulet. Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quam uideri coniuratorum poenam, mortemque lugere. Quod cum is Tribunus Plebis facit, qui unus uideat ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nec mirum est. difficile est enim tacere cum doleas. te, si quid eiusmodi facis, non modo tale adulescentem, sed in ea causa, in qua te uindicem coniurationis uelis esse, uehementer miror. sed reprehendo tamen illud maxime, quod isto ingenio & prudentia praeditus, causam Reipublicae non tenes, qui arbitrere plebi Romanae res eas non probari, quas me consule omnes boni pro salute communi gesserunt. Ecquae tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum uoluntatem uenditabas, aut tam sceleratum statuis fuisse, ut haec omnia perire uoluerit: aut tam miserum, ut & se perire cuperet, & nihil haberet quod saluum esse uellet? An uero clarissimum uirum generis uestri ac nominis nemo reprehendit: qui filium suum uita priuauit, ut in ceteris firmaret imperium. Tu Reipublicae reprehendis, quae domesticos hostes ne ab his ipsa necaretur, necauit: Itaque attende iam Torquate quae ego defugiam auctoritate consularis mei. maxima uoce ut omnes exaudire possint, dico, semperque dicam. Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnope lator. erigite mentes au-

Homini
nemini.

Vacatio.

Suppressa
uoce.

Defugere
Adestote
animis.

Oratio

resq; vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicere attendite. Ego consul, cum exercitus perditos ciuium clandestino scelere conflatus crudelissimum & luctuosissimum exitum patriae coparasset: cum ad occasum interitum Reip. Catilina in castris, in his autem tepulis, atque tectis dux Lentulus esset constitutus: meis consiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hoibus comprehensis atque confossis, incensione urbe, internicione ciues, vastitate Italiae, interitu Reip. liberaui. Ego vitam omnium ciuium, statum orbis terrarum, urbem hanc denique sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperii, quinque hominum amentium ac perditos poena redemi. An me existimasti hac iniuratum in iudicio non esse dicturum, qui iuratus in maxima concione dixissem? Atque etiam illud addam, ne quod forte incipiat improbus subito te amare Torquate, & aliquid sperare de te: atque vt idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam. Harum omnium rerum, quas ego in consulari pro salute communi suscepi & gessi, L. ille Torquatus cum esset meus cotubernalis in consulatu, cum signifer esset iuuenturis, atque in praetura fuisset, auctor, adiutor, particeps exitus: cum princeps, cum auctor, cum signifer esset iuuenturis: pares eius homo amatissimus patriae, maximi animi, summi consilii, singularis constantiae: cum esset aeger: tamen omnibus rebus illis interfuit, nunquam est a me digressus, studio, consilio, auctoritate, vnus adiuuit plurimum, cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. Vides ne vt eripiam te ex improborum subita gratia? & reconciliem bonis omnibus: qui te & diligunt, & retinent, retinebuntque semper: nec si a me forte desieris, idcirco te a se, & a Republica, a tua dignitate deficere patietur. Sed iam redeo ad causam, atque hoc vos Iudices testor, mihi de memoris tumultu dicere necessitas quadam imposita est ab illo. Nam si Torquatus Syllam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset, defenderem. sed cum ille tota sua illa oratione in me esset inuectus, & cum initio vt dixi defensionem meam auctoritate spoliare voluisset, etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc a me orationem flagitasset. Allobrogibus nominatum Syllam esse dicis, quis negat Syllae indicium? sed vide quemadmodum nominatus sit. L. Cassium dixerunt commemorasse cum ceteris Antronium secum facere, quero num Syllam dixerit Cassius: nunquam. Sese aiunt quassisse de Cassio, quid Sylla sentiret, videte diligentiam Gallorum: qui vitam hominum, naturamque non nossent, ac tantum audissent eos, pari calamitate qui fuerant, esse in eadem voluntate. Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam, tamen mihi non videretur in hunc id criminofum esse debere. Qui ita: quia quod barbaros homines ad bellum impelleret, non debebat minuere illorum suspicionem, & purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen vna facere Syllam, etenim esset absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset, mentionem Syllae facere nullam, nisi admonitum & interrogatum, nisi forte verisimile est, pro Syllae nomen in memoria Cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflictata fortuna, si reliquiae pristinae dignitatis non tam illustres fuissent, tamen Antronii commemoratio memoriam Syllae retulisset, etiam vt arbitror, cum auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cum sciret exterarum nationes maxime nobilitate moueri, non prius Antronium quam Syllam nominasset. Iam vero illud probari minime potest, Gallos Antronio nominato putasse propter calamitatis similitudinem sibi aliquid de Sylla esse querendum: Cassio, si hic esset in eodem scelere, ne cum appellasset quidem Antronium, huius in mentem venire potuisse. Sed tamen quid respondit de Sylla Cassius? se ne scire certum, non purgat, inquit, dixi antea: ne si argueret quidem tamen denique, cum esset interrogatus, id mihi criminofum videretur, sed ego in iudiciis, & quaestionibus non hoc querendum arbitror: num purgetur aliquis, & non arguatur, etenim cum negat se scire Cassius, vtrum subleuat Syllam? an satis probat se nescire? subleuat apud Gallos, quid ita? ne indicet? Quid? si periculum esse putasset, ne illi vnum indicaret, de se ipso confessus esset: nesciuit. Credo Iudices celatum esse Cassium de Sylla vno: nam de ceteris certe sciebat, & ea domi eius plerumque confata esse constabat, qui negare noluit esse in eo numero Syllam, quo plus spei Gallis daret: dicere autem falsum non ausus est, nescire dixit, atque hoc perspicuum est: cum is quod de omnibus scierit, de Sylla se scire negarit, eadem vim esse negationis huius, quam si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. Nam cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. Sed iam non quaero purgetur ne Cassius Syllam, illud mihi tamen satis est, contra Syllam nihil esse in iudicio. Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me irruit, me accusat: ait me aliter, ac dictum est, in tabulas publicas retulisse. O dii immortales, vobis enim tribuam, quae vestra sunt: nec vero possum meo tantum ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentiissima tempestate Reip.

Nominatum
Allobrogibus,

Allobrogibus,

Allobrogibus,

mea sponte despexerim. Vos profecto animū meū tū cōseruandę patrię cupiditate incēdistis: vos me ab omnibus ceteris cogitationibus ad vnā salutē Reip. contulistis: vos deniq; in tantis tenebris erroris, & inscientiæ clarissimū lumen prætulistis menti meæ. Vidi ego hoc Iudicium: nisi recētī memoria Senatus, auctoritatē hui⁹ iudiciū monimētis publicis restatus essem, fore vt aliquādo nō Torquatus, neq; Torquati quispiā similis (nam id me multū fefellit) sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorū hostis, aliter indicata hac esse diceret, quo facilius vento aliquo in optimū quēq; excitato, posset in malis Reip. portū suorū malorū aliquē inuenire. Itaq; introductis in senatū iudicibus, cōstitui senatores, qui omnia iudicia dicta, interrogata, respōsa perscriberēt. At quos viros: nō solū summa virtute & fide, cuius generis in senatu facultas maxima, sed etiā quos sciebā memoria, sciētia, cōsuetudine, & celebritate scribēdi facillime quæ dicerētur, persequi posse: C. Cosconiu, q̄ tūc erat prator: M. Messalam, qui tū præturā petebat: P. Nigidiu, Appiu Claudiu: credo esse neminē, qui his oibus, aut vere referēdis, aut etiā scribēdis putet ingeniu defuisse. Quid deinde? quid feci? cū scirem ita iudiciū in tabulas publicas relatū, vt illę tabulę priuata tñ custodia more maiorū cōtinerētur: nō occultauī, nō cōtinuī domi, sed describī ab oibus statim librariis, diuidi passim, & p̄uulgari, atq; edi Populo Ro. imperauī: diuisi totū Italię, diuisi in omnes prouincias: eius iudiciū, e quo salus oblata esset oibus, expertē esse neminē volui. Itaq; dico locū in orbe terrarum esse nullū, quo in loco Reip. nomē sit, qn eodē pscrip̄tū hoc iudiciū peruenerit. In quo ego tā subito, & exiguo, & turbido tēpore multa diuinitus, ita vt dixi, nō mea spōte prouidi. primū ne qui posset tātū aut de Rep. aut de alicuius periculo meminisse, quātū vellet. deinde ne cui liceret vnq; rephēdere illud iudiciū, aut temere creditū criminari. postremo ne qd iā a me, ne qd ex meis cōmētariis q̄reret: ne aut obliuio mea, aut memoria videret nimia: ne deniq; aut negligētia turpis, aut diligētia crudelis putaret. Sed tñ abs te Torquate quæro: cū indicatus tuus inimicus esset, & esset eius rei frequēs senatus, & recens memoria testis: tibi meo familiarī & contubernali prius etiā edituri fuerint iudiciū scribæ mei si voluisses, q̄ in codicē retulissent: cū videres aliter fieri, cur tacuisti? passus es: non mecum aut cū familiari meo questus es: aut quoniā tā facile inueheris in amicos, iracundius aut vehementius exoptulasti? Tu cū tua vox nūq; sit audita: cū iudicio lecto, descripto, diuulgato, quieueris, tacueris: repente tātā rem enūciare audeas: & in eū locū te deducas, vt anteq̄ me commutati iudiciū coargueris, te summę negligentia tuo iudicio conuictū esse fateare? Mihī cuiusq; salus tanti fuisset, vt meā negligērem: per me ego veritatē patefactā contaminarem aliquo mendacio: quēq; deniq; ego iuuarem: a quo & crudeles insidias in Remp. factas, & in me potissimū cōsulem putarem? Quæ si iam essem oblitus seueritatis & cōstatiæ meæ, tam ne amens eram, vt cū literæ posteritatis causa repertę sint, quæ subsidio obliuioni esse possent, ego recētem putarē memoriā cuncti senatus, cōmētariū meo posse superari? Fero ego te Torquate iādudū, fero: & nōnūq; animū incitatū ad vlciscendam orationē tuā, reuoco ipse, & reflecto. permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitie, tribuo parenti. sed nisi tibi aliquē modū vitæ constitueris, coges oblitum me nostræ amicitia habere rationē meæ dignitatis. Nemo vnq; me tenuissima suspitione perstrinxit, quē nō p̄uerterim, sed mihī hoc credas velim: nō his libentissime soleo respondere, quos mihī videor facillime posse superare. Tu quoniā minime ignoras cōsuetudinē dicendī meā, nolī hac noua lenitate abuti meā: nolī aculeos orationis meæ, qui recōditi sunt, excussos arbitrari: nolī id putare omnino a me esse omīssum, si quid est tibi remīssum, atq; concessum, cū ille valent apud me excusationes inuitiæ tuæ, iratus animus tuus, atq; amicitia nostra: tum nōdū statuo te viriū satis habere, vt ego tecū luctari & congregi debeat. q̄ si esse vsu atq; atate robustior, essem idē qui soleo, cū sum lacesitus: nunc tecū sic agam, tulisse vt potius iniuriā, q̄ retulisse gratiā videar. Neq; vero quid mihī irascere, intelligere possum, si q̄ eum defendo, quē tu accusas: cur tibi quoq; ipse non succenseo: qui accuses eū, quē ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meū: & amicū ego defendo meum. Non debes tamen quēq; in cōiurationis quæstione defendere, immo nemo magis eū, de quo nihil est suspicatus, q̄ is, qui de aliis multa cogitauit. Cur dixisti testimoniū in alios: quia coactus. cur damnati sunt: quia creditum est. Regnū est dicere in quem velis, ac defendere quem velis. immo feruitus est non dicere in quem velis, ac defendere quem velis. Ac si cōsiderare cœperis, vtrū magis mihī hoc necesse fuerit facere, an tibi: intelliges, honestius te inimicitiarum modū statuere potuisse, q̄ me humanitatis. An vero cum honos agebatur amplissimus familię vestræ,

Inscientia

Naufragus patriæ monio.

In codicē referre.

Literę posteritatis cā reptę.

Preuertete

Aculei orationis.

Oratio

hoc est consulatus patris tui, sapientissimus vir familiarissimis suis non successit pater tuus, cum Sylla & defenderent, & laudarent: Intelligebat hanc nobis a maioribus esse traditam disciplinam, ut nullius amicitia ad propulsanda pericula impediremur. & erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio. tum afflicto P. Sylla consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est: honoris erat certamen: ereptum repetere vos clamitabatis, ut victi in campo, in foro vince-
retis, tum qui contra vos pro huius salute pugnabant, amicissimi vestri, quibus non irascebamini, Consulatum vobis eripiebant, honori vestro repugnabant: & tamen id inuiolata vestra amicitia, integro officio, veteri exemplo atque instituto optimi cuiusque faciebant. Ego vero quibus ornamentis aduersor tuus: aut cui dignitati vestrae repugno? Quid est quod iam ab hoc expectas? honor ad patrem, insignia honoris ad te delata sunt. Tu ornatus erumnis venis ad eum lacerandum, quem interemisti. ego iacentem & spoliatum defendo, & protego, atque hic tu & reprehendis me, quia defendam, & irasceris. ego autem non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisse quid faciendum putares, & satis idoneum officii iudicem posuisse. At accusat C. Cornelii filius, idemque valere debet, ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem: qui quod praemii solet esse in iudicio, reliquerit: quod turpitudinis in confessione, id per accusationem filii suscepit. Sed quid est tandem quod indicat per istum puerum Cornelius? Si est causa mihi ignota, cum Hortensio communicata, responderet Hortensius. Sin ut ais illum comitatum Antronii & Catilinae, cum in campo consularibus comitiis quae a me habita sunt, eadem facere voluerunt: Antronium tum in campo vidimus, & quid dixi vidisse nos? ego vidi, vos enim tum iudices nihil laborabatis, neque suspicabamini. Ego tectus praesidio firmo amicorum, Catilinae tum & Antronii copias, & conatum repressi. Num quis est igitur qui tum dicat in campum aspirasse Syllam? Atqui si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Antronio non erat? cur in pari causa non paria signa reperiuntur criminis? Sed quoniam Cornelius ipse, etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitis: informat ad hoc adumbratum indicium filii: quid tandem de illa nocte dicit? cum inter falcarios ad M. Leccam nocte ea quae consecuta est postea die Nonarum Nouemb. me consulente Catilinae denunciatione convenit: quae nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit, atque acerbissima. tum Catilinae dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum descriptio tota per urbem cedens, atque incendiis constituta est: tunc tuus pater Cornelius, id quod tandem aliquando confitetur, illam sibi officiosam provinciam depoposcit, ut prima luce consulem salutatum veniret: intro missus meo more, & iure amicitiae me in meo lecto trucidaret. hoc tempore, cum arderet acerrime coniuratio: cum Catilina egrederetur ad exercitum: L. L. L. in urbe relinqueretur: Cassius incendiis, Cethegus cedi praeponebatur: Antronio ut occuparet Hetruriam praescriberetur: cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur, ubi fuit Sylla Cornelii: nunc Romae: immo longe absuit. num in his legionibus, quo se Catilina referebat: multo etiam longius. num in agro Camerti: Piceno: Gallico: quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris peruaserat: nihil vero minus. Fuit enim, ut iam ante dixi, Neapoli: fuit in ea parte Italiae, quae maxime ea suspicionem caruit. Quid ergo indicat, aut quid affert, aut ipse Cornelius, aut vos, qui ab eo haec mandata deferitis? gladiatores emptos esse Fausti simulatione, ad cedendum, ac tumultum. ita profusus: interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris videmus deberi. arrepta est familia, quae si esset praetermissa, posset alia familia Fausti munus praebere. Vtina quidem haec ipsa non modo iniquorum invidia, sed & aequorum expectationi satisfacere posset. propraetatum vehementer, cum longe tempus muneris abesset. quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret, nec opinante Fausto, cum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. At literae sunt Fausti, per quas ille precibus a P. Sylla petit, ut emat gladiatores, & ut hos ipsos emat. neque solum ad Syllam missae, sed ad L. Caesarem, Q. Pompeium, C. Memmium, quorum de sententia tota res gesta est. At praefuit familiae Cornelius, iam si in paranda familia suspitio est nulla, quod profert nihil ad rem pertinet. sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda, praefuit vero nuncque, eaque res per Bellum Fausti libertum omni tempore administrata est. At enim Cincius est ab hoc in ulteriori Hispania missus, ut eam provinciam perturbaret. Primum Cincius iudices L. Iulio C. Figulo consulibus profectus est aliquanto ante furorē Catilinae, & ante suspicionē huius coniurationis. deinde est profectus non tunc primum, sed cum in iisdem locis aliquanto ante eadem de causa aliquot annos fuisset. ac profectus est non modo ob causam, sed etiam necessariam causam, magnatione cum Mauritaniae rege contracta. tum autē illo profecto, Sylla procuratore eius rem, & ges-

Inter falcarios.

Ferramenta.

rente, plurimis, & pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienū eiusdē dissolutū: vt quæ causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinēde possessionis, ea Cincio nō fuerit prædiis diminutis. Iam vero illud q̄ incredibile! q̄ absurdū! qui Romæ cedere facere, qui hanc urbē inflāmare veller, eū familiarissimū suū dimittere ab se, & mandare in vltimas terras. Verū quo facilius Romæ ea, quæ conabatur, efficeret, si in Hispania turbatū esset! at hæc ipsa p se sine vlla cōiūctione agebātur. an in tantis rebus, tā nouis consiliis, tā periculosis, tā turbulentis, hominē amantissimū suū, familiarissimū, coniuētissimū, officiis, vsu, consuetudine, dimittēdū esse arbitraretur! verisimile nō est, vt quæ in secūdis rebus, quæ in otio secū semp habuisset; hūc in aduersis, & in eo tumultu, quæ ipse cōparabat, ab se dimitteret. Ipse autē Cincius (nō enim mihi deferēda est causa amici veteris atq; hospitis) is homo est: aut ea familia, ac disciplina, vt hoc credi possit: eū bellū Reip. facere voluisse: vt cuius pater, cū cæteri deficerent flānitimi, ac vicini, singulari existerit in Rēp. nostrā officio, & fide: is sibi nefariū bellum contra patriā suscipiendū putaret: Cuius æs alienū videmus Iudices nō libidine, sed negotii gerēdi studio esse contractū: qui ita Romæ debuit, vt in prouinciis, & in regnis maximæ ei pecuniæ deberentur: quas cū peteret, nō cōmisit, vt sui procuratores quicq; oneris absente se sustinerent: venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, q̄ vllā moram cuiq; fieri creditōꝝ suorū. A quo quidē genere Iudices ego nūq; timui, cū in illa Reip. tēpestate versarer, illud erat genus hominū horribile, & pertimescendum, qui tāto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius, ac distrahi posse diceret. Cincius nūq; sibi cognationē cū prædiis esse existimauit suis. Itaq; se nō modo ex suspitione tantī sceleris, verū etiam ex omni hominū sermone, non armis, sed patrimonio suo vendicauit. Iā vero, qd̄ subiicit, Pompeianos esse a Sylla impulsos, vt ad istam coniurationē, ac ad hoc nefarium facinus accederent, id cuiusmodi sit intelligere nō possum, an tibi Pompeiani coniurasse videntur: quis hoc vnq; dixit: aut quæ fuit istius rei vel minima suspitio! Disiūxit, inquit, eos a colonis, vt hoc dissidio, ac dissensione facta oppidū in sua potestate posset, & Pompeianos habere. Primū, omnis Pompeianorū, colonorūq; dissensio delata ad patronos est, cū iam inueterasset, ac multos annos esset exagitata. Deinde ita a patronis res cognita est, vt nulla in re a cæterorū sententiis Sylla dissenserit. Postremo coloni ipsi sic intelligūt, nō Pompeianos a Sylla magis q̄ sese esse defensos. Atq; hoc Iudices ex hac frequentia colonorum honestissimorū hominū intelligere potestis, qui adsunt, laborant: hunc patronū, defensorē, custodem illius coloniarū, si in omni fortuna, atq; omni honore incolumē habere non potuerunt, in hoc tamē casu quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruareq; cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani, q̄ ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambitione, & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, vt idem de communi salute sentirent. Ac ne hæc quidem P. Syllæ mihi videtur silentio prætereunda esse virtus: q̄ cum ab hoc illa colonia deducta sit, & cum cōmoda colonorū a fortunis Pompeianorum Reip. fortuna diuiserit, ita charus vtrisq; est, atq; iucundus, vt nō alteros demouisse, sed vtroq; constituisse videatur. At enim & gladiatores, & omnis ista vis, rogationis Cæciliæ causa comparabātur: atq; hoc loco in L. Cæciliū prudentissimū, atq; ornatissimū virū vehemēter inuectus est: cuius ego de virtute, & cōstātia Iudices tantū dico, talē hūc in ista rogatione, quā promulgauit, nō de tollenda, sed de leuāda calamitate fratris sui, fuisse: vt consultū esse voluerit fratri: tamē cū Rep. pugnare noluerit: promulgarit impulsus amore fraterno, defiterit fratris auctoritate deductus. Atq; in ea re per L. Cæciliū Sylla accusatur, in qua re est vterq; laudandus. Primū Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res iudicatas videbatur voluisse rescindere, vt statueretur, Sylla recte rephēdit. Status enim Reip. maxime iudicatis rebus continetur, neq; ego tantū fraterno amori dandū arbitror, vt quisq; de salute suorū consulat, cōmunē relinquat, nihil de iudicio ferebat: sed pœnā ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superioribus legibus constituta. itaq; hac rogatione, non iudicium sententiam, sed legis vitium corripiebat. Nemo iudicium reprehēdit, cum de pœna queritur, sed legem. Damnatio enim est iudicium, quæ manebat: pœna legis, quæ leuabatur. Noli igitur animos eorum ordinum, qui præsumunt iudiciis summa cum grauitate, & dignitate, alienare a causa: nemo labefactare iudicium est conatus: nihil est eiusmodi promulgatum: semper Cæcilius in calamitate fratris sui iudicium potestatem perpetuandam, legis acerbiteratem mitigandam putauit. Sed quid ego de hoc plura disputem! Dicerem fortasse: & facile, & libenter dicerem: si paulo etiam longius, q̄ finis quotidiani officii postulat, pietas & fraternus amor

Perpetuanus.

Oratio

L. Cęciliū protulisset: implorare sensus vestros: vniuscuiusq; indulgentiā testaret in suos: pēterē errato veniā L. Cęciliū ex intimis vestris cogitationibus, atq; ex humanitate cōmuni. lex dies fuit proposita paucos, ferri cōcepta, nūq; posita est in senatu, Populū Romanū latuit: cum in Capitoliū nos senatū cōuocassemus, nihil est actū prius, & id mandato Syllę Q. Metellus prator se loqui dixit, Syllam illā rogationē de se nolle ferri. Ex illo tēpore L. Cęcilius multa de Rep. egit: Agrarię legi, quę tota a me rephensa, & abiecta est, intercessorē fore perpeffus est: improbīs largitionib; restitit, Senatus auctoritatē nūq; impediuit: ita se gessit in tribunatu, vt onere deposito domesticū officii, nihil postea nisi de Reip. cōmodis cogitarit. atq; in ipsa rogatione ne p vim quid ageretur quis tamē vestrū Syllam aut Cęciliū verebatur: nōne omnis terror ille, oīs seditiōnis timor, atq; opinio, ex Antronii improbitate pēdebat: eius voces, eius minę ferebantur: eius aspectus, cōcursatio, stīpatio, greges hominū perditōq;, merum nobis, seditiōneq; afferebāt. Itaq; P. Sylla hoc importunissimo tū honoris, tū etiā calamitatis socio, atq; comite, & secūdas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vllō remedio, atq; alleuamento permanere. Hic tu epistolā meā sape recitas, quā ego ad Cn. Pōpeitū de meis rebus gestis, & de summa Reip. misi: & ex ea crimen aliquod in P. Syllam queris: & si furorē incredibilē biennio ante conceptū erupisse in meo consulatu scripsi, me hoc demōstrasse dicis, Syllam in illa fuisse superiore coniuratione. scilicet is sum, qui existimē Cn. Pisonem, & Catilinam, & Vargunteum, & Antroniū nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese sine P. Sylla facere potuisse: de quo etiam si quis dubitasset antea, num id qđ tu arguis, cogitasset, interfecto patre tuo consule descendere Calen. Ian. cum lictoribus: sustulisti hanc suspicionem, cum dixisti, hunc, vt Catilinam consulem efficeret, contra patrem tuū operas & manum comparasse. Qđ si tibi ego confiteor, tu mihi concedas necesse est: hunc cum Catilinę suffragaretur, nihil de suo consulatu, quē iudicio amiserat, per vim recuperando cogitauisse. neq; enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen Iudices P. Syllę persona suscipit. iam enim faciam criminibus omnibus fere dissolutis, contra atq; in ceteris causis fieri solet, vt nūc deniq; de vita hominis ac de moribus dicam. Etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere expectatiōni hominū, de me aliquid & de ipso qđ accusatus est, dicere. nunc iam reuocandi estis eo, quo vos ipsa causa etiam tacēte me cogit, animis. Omnibus in rebus Iudices, quę grauiōres maioreq; sunt, quid quisq; voluerit, cogitabit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderādum. Neq; em̄ potest quisq; nostrum subito fingi, neq; cuiusq; repente vita mutari, aut natura conuerti. Cū cūspicite paulisper mentibus vestris, vt alia omittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Catilina contra Remp. coniurauit: cuius aures vnq; hoc respuerunt conatum esse hominem a pueritiā, non solum intemperantia & scelere, sed etiam consuetudine & studio in omni flagitio, stupro, cęde versatum: Quis eum contra patriam pugnantem perisse miratur, quem semper omnes ad ciuile latrocinium natum putauerunt: Quis Lentuli societates cum iudicibus: quis insaniam libidinum: quis peruersam, atq; impiam religionem recordatur: qui illum aut nefarie, aut stulte cogitasse miretur: Quis de C. Cethego, atq; eius in Hispaniam profectiōne, ac de vulnere Q. Metelli Pii cogitat, cui nō ad illius pœnam carcer ædificatus esse videatur: omitto ceteros, ne sit infinitum, tantum a vobis peto, vt taciti de omnibus, quos coniurasse cognitum est, cogitetis, intelligetis vnūquēq; illorum prius a sua vita, qđ nostra suspitione esse damnatum. Ipsum illum Antronium (quoniam eius nomē finitimum maxime est huius periculo & crimini) non sua hac vita conuincit: semper audax, petulans, libidinosus, quem in stuprorum defensionibus non solum verbis vtī improbiſſimis solitū esse scimus, verum etiam pugnis & calcibus: quem exturbare homines e possessionibus, cædem facere vicinorum, spoliare fana sociorum, vi conatum & armis disturbare iudicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non Reip. cedere, nō fortunę ipsi succumbere: huius si causa non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsius ac vita conuincerent. Agedum conferte nunc cum illius, vitam P. Syllę vobis Populoq; Ro. notissimā Iudices, & eā ante oculos vestros proponite. Ecquod huius factū, aut cōmissum, nō dicā audacius, sed qđ cuiq; paulo minus cōsideratū videretur factū, quaro: verbū ecquod vnq; ex ore huius excidit, vnde quisq; posset offendi: At vero in illa graui L. Syllę victoria turbulentaq;, quis P. Sylla mitior: † multorum hic vitā est a L. Sylla deprecatus, qđ multi sunt summi homines & ornatissimī, & nostri, & equestris ordinis, quorū p salute se hic Syllę obligat

Alleuamentum.

Operę.

De principio.

Natura nō facile conuertitur.

Exclamatio

Agedum conferte.

† qđ multorū ex Gellio.

Pro P. Sylla. Fo. CLII.

uit. quos ego nominatē: neq; enim ipsi nolūt, & huic animo gratissimo adsunt: sed q̄a maius est beneficiū, q̄ posse debet ciuis ciui dare, ideo a vobis peto, vt qd̄ potuit, temporī tribuatīs: qd̄ fecit, ipsi. Quid reliquā constantiā vitæ cōmemorē! dignitatē, liberalitatē, moderatiōē in priuatīs rebus, splendorē in publicis: quæ ita a fortuna deformata sunt, vt tamē a natura inchoata cōpareant. Quæ domus! quæ celebratio quotidiana! quæ familiaris dignitas! quæ studia amicorū! quæ ex quoq; ordine multitudo! hæc diu multum, & multo labore quesita, vna eripuit hora. Accepit P. Sylla Iudices vehemēs vulnus & mortiferū: verū tamē eiusmodi, qd̄ videtur eius vita, & natura accipere potuisse: honestatis & dignitatis habuisse nimis magnā iudicatus est cupiditatē: quā si nemo alius habuit in consularu petendo, cupidior iudicatus est hīc fuisse, q̄ ceteri. sin etiā in aliis nōnullis fuit iste cōsularis amor, fortuna ī hoc fuit fortasse grauior, q̄ in ceteris. Postea vero q̄s P. Syllam, nisi moerētē, demissum, afflictūq; vidit: q̄s vnq̄ est suspicatus hūc magis odio, q̄ pudore, hominū aspectū, lucēq; vitare! Qui cum multa haberet inuitamenta vrbis & fori propter summa studia amicorū, quę tamen ei sola in malis restiterunt, abfuit ab oculis vestris: & cū lege retineretur, ipse se exilio pene multauit, in hoc vos pudore iudiciū, & in hac vita, tanto sceleri locū fuisse creditis! Aspiciatē ipsum, cōruemini os, conferte crimen cū vita vsq; ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoscite. mitto Remp. quæ fuit semper Syllę charissima: hos ne amicos tales viros, tā cupidos sui, per quos res eius secūde quondā erant ornatę, nūc subleuantur aduersę, crudelissime perire voluit! vt cum Lentulo, & Catilina, & Cethego foedissimā vitā, ac miserrimā, turpissima morte propofita degeret! Non inquā cadit in hos mores, nō in hūc pudorem, nō in hanc vitā, nō in hunc hominē ista suspitio, noua quædā illa immanitas exorta est, incredibilis fuit ac singularis furor: ex multis ab adolescētia collectis perditōq; hominū vitiis repente ista tāta importunitas inauditi sceleris exarsit. Nolite Iud. arbitrari hominū illū impetū, & conatū fuisse. neq; enim vlla gens tā barbarā, aut tā immanis vnq̄ fuit: in qua non modo tot, sed vnus tā crudelis hostis patriæ sit inuētus. Belluę quædā ille ex portentis immanes, ac ferę forma hominū indutę extiterūt. perspicite etiā, atq; etiā Iudices: nihil em̄ est, qd̄ in hac causa dici possit vehementius. penitus introspicite Catilinā, Antronii, Cethegi, Lētuli, ceterorūq; mentes: quas vos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quātas audacias, q̄ incredibiles furores, quas notas scelerū, quę indicia parricidiorū, quātos acruos facinorū reperietis! ex magnis, & diuturnis, & iā desperatis Reip. morbis ista repēte vis erupit, vt ea confecta & electa cōualescere aliquid quādo & sanari ciuitas possit. Neq; em̄ est quisq; qui arbitretur illis inclusis in Rep. pestibus, diutius hoc imperiū stare potuisse. itaq; eos nō ad perficiendū scelus, sed ad luēdas Reip. pœnas furia quædā incitauerūt. In hūc igit gregē vos nūc P. Syllā Iud. ex his q̄ cū hoc viuunt, atq; vixerūt, honestissimorū hominū gregibus reicietis! ex hoc hominū numero, ex hac familiarī dignitate, in impiorū partē atq; in parricidarū cēdē, ac numerū trāfferetis! Vbi erit igit illud fortissimū p̄sidiū pudoris! quo in loco nobis vita ante acta proderit! qd̄ ad tēpus existimationis partē fructus reseruabit! si in extremo discrimine ac dimicatione fortunę deseruerit, si nō aderit, si nihil adiuuabit. Quæstiones nobis seruorū ac tormenta accusator minitāt. in quib; q̄q; nil periculi suspicamur, tū illa tormēta gubernat dolor, moderat natura cuiusq; tū animi, tū corporis, regit quęsitor, flectit libido, corrūpit spes, infirmat metus, vt in tot rerū angustiis nihil veritati loci relinquat. Vita P. Syllę torqueatur, ex ea q̄ratur, nū quæ occultetur libido! num qd̄ lateat facinus! num quæ crudelitas! nū quæ audacia! nihil erroris erit in causa, nec obscuritatis Iudices, si a vobis vitæ perpetuę vox ea quæ grauissima debet esse, audietur. Nullum in hac causa testem timemus, nihil quęq; scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamē si nihil vos P. Syllę fortuna mouet Iudices, vestra moueat. vestra enim q̄ cū summa elegantia atq; integritate vixistis, hoc maxime interest, nō ex libidine, aut similitate, aut leuitate testium causas honestorū hominū ponderari, sed in magnis disquisitionibus repentinisq; periculis vitā vnus cuiusq; esse testem, quā vos Iud. nolite armis suis spoliata atq; nudata obicere inuidiā, dedere suspicioni. munite cōmunē arcem bonorū, obstruite perfugia improborū, valeat ad pœnā & ad salutē plurimū, quā solam videtis ipsam ex vi sua, naturaq; facillime perspicī, subito flecti, fingiq; nō posse. Quid vero hæc auctoritas (semper enim de ea dicēdum est, q̄q; a me timide modiceq; dicitur) quid inquā hæc auctoritas nostra! qui a ceteris coniurationis causis abstinuimus, P. Syllam defendimus, nihil hunc tandem iuuabit! graue si appetimus aliquid: si cum ceteri de nobis silent, non etiam nosmetipsi tacemus.

Restare,

Non cadit
in hos mo
res.

Furię.

Oratio

graue, sed si ledimur, si accusamur, si in inuidia vocamur, profecto conceditis Iudices, ut non
bis libertate retinere liceat, si minus liceat dignitate. Accusati sunt vno nomine consulares: ut
iam videat honoris amplissimi nomen plus inuidia, quam dignitatis afferre. Affuerunt, inquit,
Catiline, illum laudarunt. nulla tamen patebat, nulla erat cognita coniuratio. defendebant amicum,
aderant supplici, vitae eius turpitudinem in summis eius periculis non insequerentur. Quin etiam
parens tuus Torquate, consul reo de pecuniis repetundis Catilinae fuit aduocatus: improbo
homini, at supplici: fortasse audaci, at aliquando amico. cui cum adfuit post delatam ad eum primam
illam coniurationem, indicauit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio,
cum adessent ceteri. si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulatu ignorasset, ignoscendum est
illis qui postea nihil audierunt. si illa res prima valuit, non inueterata, quam recens debuit esse gra-
uior. Sed si tuus parens etiam in illa suspitione periculi sui, tamen humanitate adductus aduo-
cationem hominis improbissimi sella curuli atque ornamenti & suis, & consularis honestauit: quod
est quomodo consulares, qui Catiline adfuerunt, reprehendantur? At idem illis qui ante hanc causam
de coniuratione dixerunt, non adfuerunt: tanto scelere astrictis hominibus statuerunt nihil a se ad-
iumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere. Atque ut de eorum constantia atque animo in Re-
publica, quorum tacita grauitas & fides de vnoquoque loquitur, neque cuiusquam ornata orationis desi-
derat: potest quisquam dicere vnum meliores, fortiores, constantiores consulares fuisse, quam illis temporibus,
& periculis, quibus pene oppressa est Respublica? Quis non de communi salute apertissime
quis non fortissime? quis non constantissime sensit? Neque ego praecipue de consularibus disputo. nam
haec & hominum ornatissimorum, qui praetores fuerunt, & vniuersi senatus communis est laus: ut
constet post hominum memoriam, nunquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in Re-
publica, plus grauitatis fuisse. Sed quia sunt descripti consulares, de his tantum mihi dicendum putauit, quod satis est,
attestante memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute,
auctoritate, incubuerit ad Re-
publicam conseruandam. Sed quid? ego qui Catilinam non laudauit, qui reo
Catiline consul non adfui, qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeo ne vobis alienus a
sanitate: adeo oblitus constantiae meae: adeo immemor rerum a me gestarum esse videor: ut cum con-
sul bellum gesserim cum coniuratis, nunc eorum ducem conseruare cupiam? & in animum inducam, cuius
nuper ferrum retulerim, flammamque restinxerim, eiusdem nunc causam vitamque defendere? Si mediis
Iudices non me ipsa Respublica, meis laboribus & periculis conseruata ad grauitatem animi & con-
stantiam sua dignitate reuocaret, tamen hoc natura est insitum, ut quem timueris, quicum de vita,
fortunisque contuleris, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper oderis. Sed cum agatur honos meus
amplissimus, gloria rerum gestarum singularis, cum quoties quisquam est in hoc scelere conuictus, toties
renouetur memoria pro me inuentae salutis: ego sim tam demens? ego committam? ut ea quae pro salute
omnium gessi, casu magis & felicitate a me, quam virtute, & consilio gesta esse videantur? Quid ergo?
hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam: ut quia tu defenderis, innocens iudicetur? Ego vero Iu-
dices non modo mihi nihil assumo, in quo quispiam repugnet, sed etiam si quid ab omnibus conceditur,
id reddo, ac remitto, non in ea Republica versor, non his temporibus caput meum obtuli pro patria picu-
lis omnibus, non aut ita sunt extincti quos vici, aut ita grati quos seruaui, ut eo mihi plus appete-
re coner, quam quantum omnes inimici inuidiam patiantur. Graue esse eum videret, qui inuestigari con-
iurationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cui senatus singularibus verbis gratias egerit, cui vni-
uerso rogato supplicatione decreuerit, dicere in iudicio: non defenderem, si coniurasset. non dico id quod
graue est: dico illud quod in his causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo.
ego ille coniurationis inuestigator, atque ultor, certe non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer.
ego Iudices de tantis omnium periculis cum quaererem omnia, multa audire, non credere omnia, cauere omnia,
dico hoc quod initio dixi, nullius in iudicio, nullius suspitione, nullis literis de re Publicae, Syllae re-
uocata ad me esse delatam. Quomodo vos dii patrii ac penates, qui huic urbi, atque huic imperio praesidi-
detis: qui hoc imperium, quam hanc libertatem, Populumque Romanum, quam haec tecta, atque templa me consule, ve-
stro numine, auxilioque serualetis: testor, integro me animo, ac libero P. Syllae causam defende-
re, nullum a me scire facinus occultari, nullum scelus susceptum contra salutem omnium defendi, ac regi-
nihil de hoc consule cooperi, nihil suspicatus sum, nihil audiui. Itaque idem ego ille, quam vehemens in
alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum: persolui patriae quod debui. reliqua iam a me
meae perpetuae consuetudini naturaeque debentur. tam sum misericors Iudices, quam vos: tam mitis, quam
qui lenissimus, in quo vehemens fui vobiscum, nihil feci nisi coactus: Reipublicae praecipitati subueni: pa-
triam demersam extuli: misericordia civium adducti tunc fuimus tam vehementes, quam necesse

Aduoca-
tus reo.

Tacita gra-
uitas de
vnoquoque
loquitur.

Natura
insitum.

Assumo
mihi.

Penates
Dii.

fuit. salus esset oim amissa vna nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Sed vt ad sceleratorum poe-
 na amore Reip. sum adductus, sic ad salutem innocentium voluntate deducor. nihil video esse in
 hoc P. Sylla Iud. odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc propulsandae calamitatis
 suae causa supplex ad vos Iudices confugit: sed nequa generi, ac nomini suo nota nefarie turpi-
 tudinis inuratur. Nam ipse quidem si erit vestro iudicio liberatus, quae habet ornamenta: quae so-
 latia reliqua vite: quibus letari & perfrui possit: domus erit credo exornata, aperient maiorum
 imagines, ipse ornatu ac vestitu recuperabit. omnia Iud. haec amissa sunt: omnia generis, nomi-
 nis, honoris insignia, atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. sed ne extinctor pa-
 trie, ne proditor, ne hostis appellet, ne hac labem tanti generis in familia relinquat, id laborat,
 id metuit: cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne aeternam memoriam dedecoris relin-
 quat. Sic vos orat Iudices paruus, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflictata patri suo
 gratulari sinatis, huic misero notiora sunt iudiciorum itinera, & fori, quam disciplinarum. Non iam de
 vita P. Syllae Iudices, sed de sepultura contendit. vita erepta est superiore iudicio, nunc ne corpus
 eiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliquum, quod est in vita hac teneat: aut quod est, quod obrere hunc cuius
 vita videatur? Nup is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neque gratia, nec for-
 tunis anteferret. nunc spoliatur omni dignitate, quae erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis
 reliquum fecit, vt cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suam calamitatem liceat, id
 sibi ne eripiant Iudices, vos obtestatur. Te ipsum iam Torquate expletum huius miseris pateat. et si
 nihil aliud Syllae nisi consulatum abstulissetis: tamen eo vos contentos esse oportebat. honoris enim con-
 tentio vos ad causam, non inimicitiam deduxerunt. Sed cum huic omnia cum honore detracta sint: cum in
 hac fortuna misera ac luctuosissima destitutus sit: quod est quod expetas amplius? lucis ne hac usura
 eripere vis plenam lachrymarum atque mœroris: in qua cum maximo cruciatu, atque dolore retinetur:
 libenter reddiderit adempta ignominia foedissimi criminis. an vero inimicum vt expellas: cuius
 ex miseris, si esses crudelissimus, videndo fructum caperes maiorem, quam audiendo? O miserum & infeli-
 cem illum diem, quo consul omnibus ceteris P. Sylla renunciatus est: O falsam spem: O volucrum fortunam:
 O caecam cupiditatem: O prosteram gratulationem, quam cito illa omnia ex latitia & voluptate ad luctum, &
 lachrymas reciderunt: vt quod paulo ante consul designatus fuisset, retineret repete nullum vestigi-
 um pristinae dignitatis. Quid enim erat mali, quod huic spoliato honore, fama, fortunis, deesse vi-
 deretur: aut cui nouae calamitatis locus vllus relictus esset: vrget eadem fortuna quae coepit, repe-
 rit nouum mœrorum, non patitur hominem calamitosum vno modo afflictum vno in luctu perire. Sed
 iam impediatur egomet Iudices dolore animi, ne de huius miseria plura dicam. vestrae iam sunt pres
 Iudices, in vestra mansuetudine, atque humanitate causam totam repono. vos & reiectione inter
 posita nihil suspicantibus nobis repertini in nos Iudices consedistis, ab accusatoribus delecti ad
 spem acerbitatis, a fortuna nobis ad praesidium innocentiae constituti. Vt ego quod de me populus Ro.
 existimaret, quia seuerus in improbos fueram, laboravi: & quae prima innocentis mihi defensio est
 oblata, suscepi: sic vos seueritate iudiciorum, quae per hos menses in homines audacissimos facta
 est, lenitate ac misericordia mitigare. Hoc cum impetrare a vobis ipsa causa debet, tum est ve-
 stri animi atque virtutis declarare, non esse eos vos, ad quos potissimum interposita reiectione
 deuenire conuenerit. in quo ego Iudices vos, quantum meus amor in vos postulat, tantum hor-
 tor, vt communi studio, quoniam in Rep. coniuncti sumus, mansuetudine & misericordia ve-
 stra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

Usura lu-
cis.

Fortunae
mutatio.

Reiectio.

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ORATIO. XXVI.



IQVID est in me ingenium Iudices, quod sentio quam sit exiguum: aut si qua
 exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum:
 aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis, & discipli-
 na perfecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruis-
 se: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repe-
 tere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respi-
 cere spatium praeteriti temporis, & pueritiae memoriam recordari vlti-
 mam, inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam,
 & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. Quae
 si haec vox huius hortatu, praecipisque conformata, nonnullis aliqua

includat

Vltima me-
moriam.

V